

No. 719. 1390. 26. Aug.

*B. Nicolaus Nuntius des apostol. Stuhls quittirt dem Probst Johann vom Lauterberge den richtigen Empfang der der päbstl. Kammer schuldigen acht Goldgulden.*

Nicolaus dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis apostolicae sedis nuntius ad infrascripta ab eadem sede specialiter deputatus recognoscimus publice per praesentes, quod ab honorabili et religioso viro domino Johanne praeposito canonicorum regularium monasterii Montis sereni Magdeburgensis diocesis nomine census recepimus octo florenos communes, in quibus per octo annos, videlicet quolibet anno in uno floreno camerae apostolicae obligabatur, de quibus quidem octo florenis sic per nos receptis praefatum dominum praepositum nomine camerae apostolicae quitamus libera-  
mus et absolvimus ac quitum liberum et absolutum dicimus per praesentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Datum Stolpin anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> nonagesimo die XXVI. mensis Augusti.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem kleineren Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 720. 1390. 4. Oct.

*B. Nicolaus verleiht mit Zustimmung des Capitels zwei neuen mit vier Vicarien zu besetzenden Altären der Domkirche von dem Stifter derselben, dem Decan Nic. von Aldenburg erkaufte Zinsen.*

In nom. dom. amen. Cum omnia et singula sub sole etc. Hinc est, quod nos Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia ecclesiae Misnensis episcopus tenore praesentium recognoscimus — quod honorabilis vir dominus Nicolaus de Aldenburg decanus ecclesiae nostrae Misnensis — a strennuo viro dicto Nickel de Polenczk in Piskopicz<sup>a</sup>) residente, de bona deliberatione suorumque amicorum maturo consilio interveniente bona infrascripta et census in villa et pago villae Piscopicz praedictae in districtu Haynensi consistentia, sex mansos, solventes in censu et redditibus annis singulis octo sexagenas latorum grossorum Fribergensis monetae, nec non a strennuo Paulo de Elgilstorff suisque heredibus eiusque uxoris legitimae cum assensu ac suorum amicorum maturo cum consilio bona infrascripta in villa Vmselwicz<sup>b</sup>) et eius pago situata districtus Drezdensis, videlicet duos mansos cum duobus hortis solventes in censu oblegiis et precariis annis singulis tres sexagenas decem et novem grossos et sex hellenses latorum grossorum monetae Fribergensis antedictae, cum duobus modiis siliginis et totidem avenae, necnon cum una sexagena ovorum et quatuor pullis, cum areis — wie No. 718 — emunitate et libertate, sicut dictus Nicolaus de Polenczk praedicta bona — a nobis et ecclesia nostra hucusque in feudum tenuerat — emit et comparavit pro centum et viginti octo sexagenis grossorum monetae Fribergensis dicto Nicolao de Polenczk iam integre persolutis, necnon sicut praefatus Paulus dictus Elgilstorff cum suis heredibus praemissis bona — secundo expressa etiam

a) Piskowitz, Par. Lenz. b) Omsewitz, Par. Briessnitz.